

Elegia ad Sabini tumulum.

*Poneret ut vitae spiramina cara Sabinus,
In gemitus querulos Musa soluta fuit.
Moestitiae jungens lacrymas, lacrymisque
dolorem*

*Tristia sollicito pectore verba dedit.
Tene mihi rapuit mors surdis surdior un-
dis,*

*O mea vita cadis, care Sabine jaces?
Est mihi cura grauis: Corpus suscepit ha-
bendum*

*Terra Micylle, tuum, docte Philippe
tuum.*

*Lotichius noster cecidit: cadis optime vates,
Quis mihi nunc alius carmina blanda
canet?*

*Copia quae fuerit, dulcis quae gratia
linguae,*

*Pro merito poterit nemo referre satis.
Testis erit carmen, quo laudibus euehis
omnes,*

*Imperii summum qui tenuere gradum.
Maxime Vir, coeli lumen dum linquis
amatum*

Est decus oblatum funere quale tuo?